

EMBLEMA CV.

Seruent quoque dona decorum.



CV.

Nil nisi iusta petes, nil nisi iusta dabis.

Et potuit Meretrix tanti saltando Prophetæ,
 Diuinum à diro Rege merere caput.
 Vah! quanta est leuitas, fœda atque iniusta petendi,
 Vah! quanta impietas munera iniqua dare.
 Attriti certè est frons valde obscœna pudoris,
 Turpia quæ posito dona rubore petit.
 At qui concedit facile illaudata roganti,
 Is micam mentis vix sapientis habet.
 Singula vt Herodis notissima crimina mittam,
 Sitque Herodiadis res bona adulterium,